fiat C. Primo fecit eum comitem palatinum cum omni iure et dominio et omni iurisdictione et omnibus pertinentiis ad honorem predictum. Et quicunque maior natu post eum de heredibus suis fuerit succesive[a], eadem prefulgeat dignitate et sibi succedat cum omnibus pertinentiis ad eandem. sic

fiat in voluntaria iurisdictione II. Item concessit sibi, quod si et quandocunque ad regem seu cesarem aut eius vicarium in criminali vel civilli[a] negotio in Ytalia ac ubicunque audientia appellabitur, quod ipse et sui heredes[b] posit[a] de causis ap(pellationis) cognoscere et terminare easdem ac executioni mandare per se vel per allium[a]. non

idem, in voluntaria iurisdictione tantum fiat

III. Item quod ipse et sui heredes posint[a] constituere et creare iudices per Ytaliam, qui posint[a] de causis cognoscere terminare et executioni mandare. non

fiat libere IIII. Item quod ipse et sui heredes posint[a] dare tutores et curatores minoribus, interponere decreta allienationibus[a], facere eciam iudices ordinarios et creandi tabelliones in ipso Romano imperio. sic

fiat pro se, sed non pro vicario

V. Item quod quandocunque per se vel vicarium in curia morari voluerit[c], quod a dicto rege vel successoribus habeat expensas pro XL equis etc.

extinctum[d] est ⟨sic⟩

fiat dummodo imperator vel rex sit in Ytalia, et aliter non prosit

VI. Item quod ipse vel aliquis heredum suorum non posit[a] conveniri[e] nisi sub rege vel imperatore Romanorum.

— discorda(n)t iudic(es) ⟨sic⟩

---

a) So im Or. b) ‘s’ auf Rasur? c) ‘t’ korr. aus ‘s’, durch Tintenflecke undeutlich. d) ‘extict’ Or. e) Letztes ‘j’ korr. aus ‘e’.

ledigungsvermerke bezeichnen. Was in eckiger Klammer [ ] steht, ist Dorsualnotiz. Durchstrichene (d. i. getilgte) Stellen sind in spitzer Klammer ⟨ ⟩ gegeben.